





1773, 1 12

D. IO. LVDOVICI SCHMIDII

SERENISS. DVC. COBURG. MEININGENS. CONSIL. AVLIC. INSTITVT. PROF.
PVBL. ORDIN. CVR. PROVINC. SAX. COMM. SCABIN. COLLEG.
ADSESS.

H. T.

IVRE CONSVLTORVM ORDINIS EX-DECANI

PROGRAMMA

DE

REMEDIIIS IVRIS,
QVAE LIBERIS INSTITVTIS
PROPTER LEGITIMAM COMPETVNT

PRAENOBILISSIMI SVMMORVM IN VTROQVE IVRE
HONORVM CANDIDATI

IO. CHRIST. CAROLI FÜRBRINGER

GERANI

DISSERTATIONI INAVGVRALI

DE

VSVRARIA PRAVITATE
SVB PALLIATA TRANSACTIONE
PRAEMISSVM

IENAE DIE XXVII. NOVEMBRIS A. R. S. CXCOCCLXXIII.

LITTERIS STRAVSSIIS





§. I.



Expediti iuris est, liberos a parentibus in testamento, quod fecerint, aut instituen- dos, aut nominatim exheredandos esse *a*). Prius si factum sit, nihil interest, quo ti- tulo legitima relinquatur, siue institutio- nis, siue legati, siue alio titulo *b*). Suffi- cit, eos heredes esse institutos *c*), iisque legitimam ex sub- stantia seu bonis defuncti sine vlllo onere esse relictam *d*). Nam quaeuis dispositio, qua legitimae quodcumque onus inferitur, tollenda est, et ita res procedere debet, quasi ni- hil istius oneris in testamento additum sit *e*).

§. II.

a) §. 5. I. de liber. exhered. l. 4. C. de liber. praer.

b) l. 8. §. 6. D. §. ult. I. de inoffic. testam. Nov. 18. cap. 1. Aurb. Nouiss. C. de inof- fic. testam. Hac ratione STRYKII de caur. testam. cap. 16. memb. I. §. 26. et 27. aliorumque dissensus, quo, legitimam titulo institutionis relinquendam esse, autumant, nobis plane non obstat. Hoc verum est, testamentum, in quo pater liberos heredes non instituit, sed legitimam

titulo singulari tantum reliquit, ipso iure esse nullum. WERNHER in select. obseru. for. part. 2. obs. 407.

c) Nov. 115. cap. 3. pr. BACHOF ad TREVILERVM Vol. I. disp. 13. rb. 12. STRAVCH diff. VIII. ad ius Iust. §. 38. WESTENBERG diff. III. de porr. legit. cap. I. §. 7. 8. PFENDORF in obseru. iur. vniuers. tom. III. obs. XXXXIII.

d) l. 6. l. 32. l. 36. pr. et §. I. C. de inoffic. testam.

e) d. l. 32. C. de inoffic. testam.

§. II.

Quae quum ita sint, liberis institutis aut integra legitima, aut minus legitima, aut nihil penitus simul adscriptum est. Primum si spectemus, quod nempe liberis institutis integra legitima relicta sit, ea ordinarie contenti esse debent a), et iis ideo, si legitima titulo institutionis expressa sit, tanquam hereditus HEREDITATIS PETITIO b), ACTIO FAMILIAE ERISCIVNDAE c), ita tamen, ut si plures sint liberi, vna tantum portio legitima, ex aequo inter eos diuidenda, omnibus debeatur d), nec non REMEDIUM EX L. FIN. C. DE EDICT. DIV. ADRIAN. TOLL. competit e). Si vero legitima titulo legati relicta sit (§. 1.), iis, ceu legatariis, omnia remedia profunt, quibus alias legatarii fruuntur. Quorum in numero sunt REI VINDICATIO f), ACTIO PERSONALIS EX TESTAMENTO g), ACTIO HYPOTHECARIA seu ACTIO QUASI SERVIANA h), et remedium possessorium, quod illi respondet, nimirum INTERDICTUM SALVIANUM UTILE i), ac praeterea vtiliter REMEDIUM EX L. FIN. C. DE EDICT. DIV. ADR. TOLL. k)

A 2

§. III.

a) Nam de reliquis bonis parentes libere disponere, caque, si cut voluerint, liberis ipsis, aut cuilibet extraneorum largiri possunt. l. 8. C. de inoffic. testam. l. 10. C. fam. erisc. Nov. 18. cap. 1.

b) l. 10. §. 1. D. de hered. pet. l. 1. D. si pars heredit.

c) l. 35. pr. et §. 1. D. de hered. instit. l. 2. §. 1. D. fam. erisc.

d) Nov. 18. cap. 1.

e) MERLIN de Legitima lib. V. tit. III. qu. III. num. 3. HAHN ad WESSENB. lib. V. tit. II. N. VII.

pag. 308.

f) l. 23. pr. D. de rei vind. iunct. l. 80. D. de legat. II.

g) §. 5. I. de obligat. quae quae ex contr.

h) l. 1. C. comm. de legat. CARR. ZOV. lib. 6. resp. 46.

i) §. 3. I. de interd. MERLIN de legitima, lib. 5. tit. 4. qu. 7.

k) LAVTERBACH in coll. pract. lib. XXX. §. 43. FINGELTHAYS in obseruat. pract. obs. CXXI. CARR. ZOV. part. 3. const. 13. def. 35.

BRUNNEMANN ad leg. fin. C. de edict. Div. ADR. roll. num. 20.

§. III.

Esti quidem liberi, in legitima nullo modo laesi, ea ordinarie contenti esse debent, vt ideo, quod iis nil amplius relictum sit, testamentum impugnare nequeant (S. antec.), excipitur tamen casus, *si nouercae vel vitrico plus legitima relictum, vel donatum, aut datum fuerit.* Nam tunc id, quod plus relictum, vel donatum, aut datum fuerit, tanquam non scriptum, neque derelictum, vel donatum, aut datum sit, ad personas liberorum defertur et inter eos diuiditur, omni circumscriptione, si qua per interpositam personam, vel alio quocunque modo fuerit excogitata, cessante a). Quodsi igitur secundo coniugi plus legitima, quae ad filium filiamue, si vnus vel vna exiterit, peruenit, relinquatur, id, quod plus relictum est, filio aut filiae prioris matrimonii omnino cedit. Eoque nomine liberis **CONDICTIO EX L. 6. C. DE SEC. NVPT. conceditur.**

§. IV.

a) Ita dilerte sancitum est in *zenelnbogische Landesordnung* part. 2. l. 6. pr. C. de sec. nupt. Haec lex postmodum a IUSTINIANO, imperatore in Nov. 22. cap. 7. magis confirmata et multis legibus germanicis inserta est. Huc, verbi gratia, pertinet **CORP. IUR. FRIDERIC. part. I. lib. 2. tit. 3. §. 10. n. 4. COD. IUR. CIV. BAVAR. MAXIMIL. part. I. cap. 6. §. 47. num. 3. die Solmsische Landesordnung, part. 2. tit. 13. Die Würtembergische Constitution vom 20. Julius 1683. apud HARPPRECHT Conf. Tubing. 33. die Nassau Cat-**

zenelnbogische Landesordnung part. 2. cap. 4. §. 2. *Die Nürnbergische Reformation* tit. 28. in *7den und 8ten Gesetz, die Braunschweig Wolfenbüttelsche Verordnung d. d. Braunschweig den 30sten December 1754.* In Saxonia autem ista lex extra usum est. **BERLICH** part. 3. concl. 24. num. 48. **CARPZOV** part. 2. const. 43. def. 17. **STRYCK** in usu mod. pand. lib. 23. tit. 2. §. 33. **BERGER** in oec. iur. lib. I. tit. 3. §. 8. not. 2. et lib. 2. tit. 4. §. 45. not. ii. **WERNHER** in sel. obs. for. part. 3. obs. 55. num. 2. 3.

§. IV.

Deinde si liberis institutis aliquid, aut minus legitima relictum sit (§. 2.), animaduertendum est, num soli heredes instituti sint, an coheredem habeant, per quem in legitima laesi sunt. Si prius, laesio in legitima vel ex eo, quod fideicommisso vniuersali, vel ex eo, quod legato aut fideicommisso particulari onerati sunt, oritur. *Ibi*, et quidem, si liberi in possessione hereditatis simul constituti sint, EXCEPTIONE RETENTIONIS totius hereditatis, donec detracta sit portio legitima, vti possunt a). *Extra possessionem autem constituti*, iis CONDICTIO EX L. 30. C. DE INOFFIC. TESTAM. prodest. Qua officium iudicis implorant, vt id, quod legitimae deest, a ceteris bonis fideicommisso grauatim separetur iisque restituatur (§. 1.) b).

§. V.

Haec vero, nimirum si liberi soli heredes instituti per legata aut fideicommissa particularia, quippe quae nouo iure legatis aequata sunt c), in legitima laesi sint (§. antec.), itidem refert, num sint in possessione rerum legatariarum, an minus. Si liberi in possessione rerum legatariarum constituti sint, de legatis tantum deducunt, quantum in legitima deficit. Eumque in finem IVRE RETENTIONIS tamdiu, donec illud factum sit, omnino vtuntur d). Neque liberis propter omissam forte inuentarii confectionem, ex qua alias quarta legis Falcidiae et quarta Trebellianica cessat e),

A 3 legitima

a) l. 6. C. ad. Sec. Trebell. l. 27. C. famil. exisc. HAHN. ad WESENBECK. lib. 5. tit. 2. N. VII. verb. nisi quod nouissima constiturione. pag. 308.

b) HAHN ad WESENBECK. l. C.

c) §. 3. D. de legat.

d) l. 14. §. 1. l. 15. §. 1. et 8. D. de leg. Falcid.

e) l. ult. §. 12. 14. C. de iure delib. Nou. l. cap. 2. §. 2.



legitima adimi potest a). Nullibi enim iisdem inuentarii confectio sub poena legitimam amittendi a legibus indungitur. Certo indicio, quod legislatores negligentiam liberorum hac in re ita vindicare noluerint. Potius fauor erga legitimam vsque eo procedit, vt de ea nequidem legatum vel fideicommissum piae causae relictum aliquid diminuat b). Praeterea liberis hoc tempore, quo rem legatam adhuc possident, iure ciuili, REMEDIUM EX L. 7. C. VNDE VI c) iure canonico autem, ACTIO SPOLII datur, si legatarius rem legatam priuata auctoritate occupauerit. Quid? quod legatarius ius suum amittit, vt, legato restituto, actionem legatorum in his rebus de hereditate subtractis non amplius habeat d). Sin autem liberi in possessione rerum legatariarum haud constituti sint, sed legatarius rem legatam, antequam liberi eius possessionem nacti sunt, propria auctoritate sibi vindicauerit, liberi, quibus minus legitima relictum est, non solum CONDICTIONEM EX L. 30. C. DE INOFF. TEST. sed etiam INTERDICTVM QVOD LEGATORVM, e) in vsus suos recte conuertunt. Legatarius vero ob id, quod rem sibi legatam et nondum a liberis, heredibus institutis, possessam priuata auctoritate occupauerit, ius suum haud amittit f). Habent quoque liberi, si per errorem facti integra legata soluerint, CONDICTIONEM INDEBITI g) et, si dolo malo legatarius solida

a) FACHINEVS in *controu. iur.* lib. III. cap. XXXIV. WESTENBERG in *diff. IV. de portione legitima*, cap. 5. §. II. seq. VINNIUS in *sel. iur. quaest.* lib. II. cap. XXVIII. GEOR. LVD. BOEHMER. in *diff. de liberis fideicommissis oneratis*, §. XX. b) l. 32. C. de inoffic. test. *Caus.* 17. qu. 4. *can. fin.* MERLIN *decis.* 38. num. I. GALL. lib. 2. *obs.* II9. STRYK de *caus. restam.* cap. 17. memb. 2. §. 7. et 15.

c) LAVTERBACH in *coll. pract.* lib. 43. rit. 3. §. 6.

d) l. 5. C. de legat. BOEHMER de *action.* sect. 2. cap. 3. §. 64. *nor.* II).

e) l. I. §. 2. D. quod legat. CARPZOV *part.* 3. *const.* I. *def.* 37.

f) LAVTERBACH in *coll. pract.* WERNHER in *sel. obs. for. rom.* II. *part.* 7. *obs.* 38.

g) l. 9. C. ad leg. Falc. l. 39. D. de *condict. indeb.*

folida legata consecutus fuerit, ACTIONEM DE DOLO a). Prodest quoque iisdem ACTIO EX STIPVLATV, si legatarii satisfecerint, vt, si apparuerit, se vltra legitimam legatorum nomine aliquid cepisse, hoc restituere velint b). Nonnunquam quoque datur ACTIO IN FACTVM c).

§. VI.

Probe simul notabimus, antea dictam conditionem ex l. 30. C. de inoff. testam. esse actionem personalem in rem scriptam d). Nam legitima est pars totius hereditatis e), quae, deducto aere alieno, superest f), et quidem ita, vt eius repletionem eidem ipso iure inesse, expressis verbis fanciatur g). Itaque, quum legitima ex omni substantia et bonis testatoris deducenda sit h), sequitur, eum, qui aliquid de hereditate possidet, etiam omnimodo ad eam supplendam immediate ex lege esse obligatum.

§. VII.

Neque vero non liberi, qui non soli heredes instituti, sed per coheredem in legitima laesi sunt (§. 4.) aduersus hunc CONDITIONEM EX L. 30. C. DE INOFF. TEST. quae alias ACTIO SUPPLETORIA seu EXPLETORIA ab interpretibus nominari solet, experiri possunt i). Nec reiicienda esset ACTIO PER-

a) l. 23. D. de dolo malo.

b) l. 1. §. 1. D. si cui plus, quam per leg. Falc.

c) l. 77. §. 2. D. de legar. II.

d) OLDENDORF de act. class. v.

act. III. MERLIN de legitima, lib. 5.

tit. 4. qu. 5. num. 2. 3. et qu. 6.

num. 2. GABR. SCHWEDER in diss.

de conditione ex lege liberis ad sup-

plementum legitimae competente, §. III.

Tubing. 1696.

e) Nou. 18. cap. 1. Aurb. No-
uissima C. de inoffic. testam. l. 36. pr.
C. de inoffic. testam.

f) l. 8. §. 9. D. de inoff. testam.

g) l. 36. pr. C. de inoffic. testam.

h) CARPZOV decis. 266.

i) Nou. 115. cap. 5. Est quo-
que contra coheredem, qui supple-
men-

LIS EX TESTAMENTO, si testator id, quod legitimae deest, suppleri iusserit, aut liberi in certa re instituti essent. Hoc enim casu is, qui certae rei heres scriptus est, dato coherede, legatarii loco habetur a). Possunt quoque et PETITIONE HEREDITATIS b), et IUDICIO FAMILIAE ERISCVNDAE c), supplementi nomine agere, si ex parte aliqua hereditatis instituti sint. Causa huius rei est in promptu, quia tunc pro parte heredes existunt.

§. VIII.

Tandem si liberis institutis in testamento nihil penitus adscriptum sit (§. 2.) videretur, eos a tota legitima exclusos, ideoque re vera exheredatos, ac proinde testamentum, ob neglectam exheredationis formam, pro nullo habendum, et hanc ob causam querela nullitatis impugnandum esse. In hac opinione quemdam causarum patronum antehac fuisse reminiscimur. Species facti haec erat. Pater unicum suum filium in testamento iudiciali heredem scribit, extraneo autem domum suam cum omnibus mobilibus legat. Moritur, et nihil amplius, quam istam domum cum mobilibus relinquit. Filius, seu potius eius aduocatus, testamentum patris contra legatarium, domum vna cum mobilibus titulo legati possidentem, ex antea dictis rationibus tanquam nullum querela nullitatis testamenti impugnabat, addito petito: *in Rechten zu erkennen und auszusprechen, daß das beregte Testament des Vaters als ein nichtiges Testament nicht gültig, derowegen Beklagter des Vaters*

mentum legitimae, lite suscepta, WERNHER in *sel. obs. for. tom. 3. praestare recusat, in l. 33. pr. C. de inoff. testam.* haec poena statuta, ut praeter legitimam, tertiam simul partem quantitatis, quae in ea deest, restituere compellatur. *par. 2. obs. 484. b) l. 10. §. 1. D. de hered. pr. l. 1. D. si pars hered. c) l. 35. pr. et §. 1. D. de hered. instit. VINNIUS comment. in instit. lib. 2. tit. 18. §. 3. verò, replicatur.*

ters sämtlichen Nachlaß, an Hauß und Mobilien, nach einem richtigen Inuentario, oder in Ermangelung dessen, einer eyalichen Specification, samt allen eingebobenen Nutzungen, nebst Erstattung aller Vnkosten Klägern abzutreten und auszuhändigen schuldig. Sed ita minus recte libellus eiusque petitum formabatur. Testamentum enim neque in solennitatibus internis, neque in solennitatibus externis vitio quodam laborabat. Non in solennitatibus internis, quia filius heres institutus erat. Iura autem nihil amplius requirunt, quam quod liberi aut instituantur, aut nominatim exheredentur (S. I.). Prius erat factum. Ergo posterius, seu exhereditatio, deesse poterat, et, ad euitandam contradictionem, omitti debebat. Non in solennitatibus externis, quia iudici apud acta rite erat insinuatum. Accedit, quod querela nullitatis testamenti, tanquam species hereditatis petitionis, non aduersus eum, qui rem hereditariam titulo singulari, sed aduersus eum, qui illam pro herede vel possessore possidet, locum habeat *a*). Reus autem domum et res mobiles a defuncto testatore relictas non pro herede vel possessore, sed titulo singulari, nimirum titulo legati, possidebat. Hinc contra actorem pronuntiabatur: *Dass die Klage angebrachter massen nicht Statt hat. Es ist auch Kläger die Vnkosten dieses Proceßes, nach vorgebender deren Liquidation und richterlicher Ermässigung, dem Beklagten zu erstatten schuldig. V. R. W.*

§. IX.

Neque ista liberorum institutio, qua iis nulla pars aut res hereditatis expressis verbis simul relinquitur, pro reali exheredatione haberi potest. Pater enim liberos suos satis honorauit, dum eos non exclusit *b*). Nam dum pater liberos suos

B

fuos

a) l. 9. 10. 11. 12. D. de hered. *b*) l. 1. §. 6. D. de legar. III. l. 1. tit. BOEHMER de action. sect. 2. 8. §. 1. D. de iure codicill. cap. 3. §. 16.



suos heredes instituit. vult quoque seu velle debet, liberos id accipere, quod iis ex legis dispositione relinquendum est, quamvis totam hereditatem legatis seu fideicommissis exhauserit. Id quod vero heredibus, qui legatis aut fideicommissis particularibus onerati sunt, ex legis dispositione debetur, est quarta legis Falcidiae a), seu, si fideicommissio vniuersali grauari sunt b), quarta Trebellianica. Quare in iure nostro, autore PAVLO c), cum quis ex asse heres institutus est, ideo non potest dicere inofficiosum, quia habet Falcidiam, expresse sancitum est. Itaque liberi instituti, quibus in testamento nihil penitus relictum, quartam legis Falcidiae seu quartam Trebellianicam postulare, eaque ob causam, si in possessione rerum legatariarum seu fideicommissariae hereditatis constituti sint, IVRE RETENTIONIS vti d), ideoque EXCEPTIONEM FALCIDIAE seu QUARTAE TREBELLIANICAE DETRAHENDAE opponere, et propter amissam possessionem REMEDIUM EX L. 7. C. VNDE VI, aut ACTIONEM SPOLII aduersus legatarium seu fideicommissarium instituere possunt. (S. 5.) Quodsi autem non ipsi, sed legatarii aut fideicommissarii res possideant, has, Falcidiae seu quartae Trebellianicae detrahendae causa, ab

a) l. 1. pr. l. 18. pr. D. ad leg. Falcid.

b) §. 7. l. de fideicomm. hered.

c) l. 8. §. 9. D. de inoff. testam.

Id quod PAVLVS in sent. recept. lib. IV. tit. V. §. 5. adhuc magis ita declarat: Filius ex asse heres institutus inofficiosum dicere non potest: nec interest, exhausta, nec ne sit hereditas, cum apud eum quarta aut legis Falcidiae, aut Senatus consulti Pegasiani beneficio sit remansura. Dicit quoque, aut Senatus consulti Pegasiani beneficio. Nam lex Fal-

cidia Senatus consulto Pegasiano ad fideicommissa producta est. l. 16. §. 9. l. 22. §. 2. l. 30. D. ad Scit. Trebell. Hinc quarta, quae olim Pegasiana et post Iustinianum imp. Trebellianica ab interpretibus nominata est, in iure nostro semper Falcidia vocatur. l. 2. l. 3. pr. l. 22. §. 2. l. 55. §. 2. l. 58. §. 3. D. l. 6. C. ad Scit. Trebell.

d) l. 14. §. 1. l. 15. §. 1. et 8. D. ad leg. Falcid. §. 7. l. de fideicomm. hered. l. 1. §. 16. D. ad Senatuscons. Trebell.

his et a quocumque alio possessore, qui istas res ex causa dominii translativa detinet, per REI VINDICATIONEM reperere possunt a). Nam legata ex dispositione legis Falcidiae, et, ad huius exemplum, ex SCTo Pegafiano b), fideicommissa quoad quartam ipso iure minuuntur c), seu in patrimonio testatoris permanent, licet possessio iam translata sit d). Itaque liberi instituti, tanquam heredes testatoris, per aditionem in singulis rebus idem ius, quod defunctus habuit, consequuntur. Sicuti igitur defunctus in re legata seu per fideicommissum relicta dominium habuit, ita quoque illud pro ea parte, ipso iure in liberos transit e). Possunt quoque ex INTERDICTO, QVOD LEGATORVM, si legatarius, seu fideicommissarius f) propria auctoritate legatum seu fideicommissum occupauerit, ad id restituendum, seruandae quartae legis Falcidiae seu quartae Trebellianicae causa agere (§, 5.). Habent etiam REMEDIUM EX L. FIN. C. DE EDICT. DIV. ADRIAN. TOLL.

§. X.

Praeter dictam rei vindicationem (§. antec.) liberis quoque CONDUCTIO EX LEGE, nimirum Falcidia, propter quartam legis Falcidiae competit. Factum enim esse potest, ut res legata a) testatore legatario tradita et simul ab hoc

B 2

iam

a) l. 26. pr. D. et l. pen. C. ad LAVTERBACH in coll. pract. lib. leg. Falc. 35. tit. 2. §. 18.

b) §. 5. I. de fideicomm. heredit. c) l. 26. pr. D. l. 10. in fin. C. Vbi: Postea Vespasiani Augusti rem- ad leg. Falcid.

poribus, Pegafio et Pusone consulibus, f) l. un. C. quod legat. l. 1. §. 2. D. quod legat. PEREGRIN de Senatus censuit, ut ei, qui rogatus fideicommiss. art. 47. num 1. seq. esset hereditatem restituere, perinde KNIPSCHILD, de fideicomm. fam. atque ex lex Falcidia ex legatis re- nob. cap. 13. num. 92. MENOCH de tinere conceditur. adipisc. poss. rem. 2. num. 23. LAV-

c) l. 73. §. 5. D. ad leg. Fal- TERBACH in coll. pract. lib. 43. cid. tit. 3. §. 4. et 11.

d) l. 18. C. ad leg. Falcid.

iam consumpta, aut in alium bona fide alienata fuerit. Quo casu liberis aduersus legatarium, quia rem legatam non amplius possidet, neque dolo possidere desit, attamen ex lege Falcidia ad praestandam quartam immediate obligatur, pro consequenda hac quarta, ista personali actione opus est *a*). Quae etiam quasi ex Trebelliano senatusconsulto *b*) datur liberis fideicommissio vniuersali grauatis. Expresse enim sancitum legitur *c*); vt ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, a:que ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur.

§. XI.

Haec omnia, quae antea (§. 9. et 10.) de quarta legis Falcidiae proposuimus, etiam ad liberorum legitimam in maiorem eorum vtilitatem adcommodari possunt. Ab initio enim portio legitima non statim quarta parte definita, sed postero demum tempore, lata lege Falcidia, ad exemplum huius quartae, ad excludendam querelam inofficiosi testamenti quarta parte circumscripta *d*), et ideo quoque saepius Falcidia vocata *e*), deinceps autem a Iustiniano imperatore ita aucta est *f*), vt, pro numero personarum, in tertia, si quatuor aut pauciores, et in dimidia, si quinque vel plures liberi adsint, bonorum defuncti parte consistat *g*).

§. XII.

Quum vero lex Falcidia, et Sctum Pegasianum, cum Scto Trebelliano veluti in vnum conflatum *h*), solummodo

a) BOEHMER de actionib. sect. 2. cap. 3. §. 85. not. m).

b) §. 7. l. de fideicomm. heredit.

c) §. 5. l. de fideicomm. heredit.

d) l. 8. §. 8. D. de inoff. test.

§. ult. Inst. et l. 6. C. eod. Conferatur WESTENBERGIVS de portio-

ne legitima, liberis, parentibus et fra-

tribus relinquenda, diff. I. cap. III. et IV.

e) l. 31. C. de inoffic. testam.

l. 5. §. 3. C. ad leg. Iul. Maj.

f) Nou. 92.

g) Nou. 18. cap. I. Ex qua Auth.

Nouissima. C. de inoffic. testam. defuncta est.

h) §. 6. 7. l. de fideicommiss. heredit.

do quartam bonorum defuncti partem tribuit *a*), legitima autem nouo iure in maiori parte consistit (§. antec.), liberi magis sibi consulunt, si propter hanc maiorem legitima quantitatē, iure retentionis, exceptione detrahendae legitimaē, remedio ex l. 7. C. vnde vi, aut actione spoliū nec non rei vindicatione, interdicto quod legatorum, remedio ex l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll. et conditione ex lege, nimirum Nov. 18. cap. 1., pro diuersitate casuum (§. 9. et 10.), potius vi, et sic ius suum promouere haud negligant *b*). Hinc eorum sententia quoque recte se habet, qui statuunt, quod filius in hereditate tota quidem institutus, aut fideicommissō vniuersali simul grauarus, legitimam detrahare et de illa pro lubitu disponere possit *c*).

§. XIII.

Præuidemus autem, a nonnullis circa ea, quae modo proposita sunt, quaesitum iri: *numne liberi instituti hoc casu, quo legatis seu fideicommissis particularibus, vel fideicommissō vniuersali onerati sunt, praeter legitimam simul quartam Falcidiam, vel quartam Trebellianicam detrahare possint?* Quidam *d*), quoad quartam Falcidiam, affirmando, quidam *e*) negando respondent. Nos, lege clara suffulsi

B 3

a) l. 1. pr. D. ad leg. Falcid.

b) Sunt tamen plures causae, ex quibus portio legitima non debetur. Haec dant exceptiones, quae petitioni legitimaē portionis obici possunt. De quibus legi meretur WESTENBERG in diss. IV. de portione legitima, cap. V.

c) EUSARIUS de fideicommiss. qu. 269. num. 2. PETR. ANTON. de PETRO de fideicommiss. num. III et 118. KNIPSCHILD de fideicommiss. familiar. nobil. cap. 5. num. 120. STRYK

de caus. testam. cap. 17. memb. 2. §. 15.

d) Quos larga manu recenset MERLIN in tract. de legitima, lib. I. tit. 3. qu. 1. num. 8. et quibus addimus ZYPAEVN lib. 3. iur. pontif. nou. tit. de testam. num. 21. cuius mentionem facit CHRISTINAEVS vol. 1. decis. 245. num. 12.

e) prout FRANC. HOTOMANN in quaest. illustr. qu. XXXIII. ARN. VINNIUS in sel. iur. quaest. lib. 2. cap.



fulti a), vltimorum sententiae accedimus. Idque partim ex eo, quia legitima iam est quarta legis Falcidiae aucta (§. 11.), vt igitur is, qui legitimam habet, etiam habeat Falcidiam, partim ex eo, quia in quartam Falcidiam omnia, quae heres iure hereditario capit, imputanda sunt b). Legitima vero liberis etiam qua heredibus necessariis debetur (§. 1.)

§. XIV.

Praeterea de quaestione: *num liberi instituti hoc casu, quo fideicommissa vniuersali onerati sunt, praeter legitimam simul quartam Trebellianicam exigere possint?* tres sunt interpretum sententiae. *Prima sententia c)* est, liberos detrahere posse tam legitimam, quam Trebellianicam. *Secunda d)* est, legitimam tantum vel Trebellianicam detrahendam esse iure ciuili, fecus autem iure canonico. *Tertija est e)*, distinguendum esse, *utrum pure an sub conditio-*

cap. XXVIII. BENED. CARPZOV in iurispr. for. part. 3. const. 1. def. 20. RICHTER ad Aurb. lib. VI. C. tit. L. num. 30. et MERLIN in cit. tract. de legitima lib. I. tit. 3. qu. I. num 5. quamuis, ratione vsus forrensis habita, dissentiat.

a) l. 36. pr. C. de inoffic. testam. In verbis: *nulla Falcidia interueniente.*

b) l. 47. l. 91. D. ad leg. Falcid.

c) Quam sequitur ANDR. FACHINAEVS in contro. iur. lib. 5. cap. 2. nec non AVG. LEYSERVS. in med. ad Pand. spec. 405. med. I nisi quod med. 2. eiusd. specim. fideicommissum familiae excipiat, in quo quidem legitimam, neutiquam vero quartam Trebellianicam, a liberis deduci posse, statuit,

d) Quam tenent MERLIN de legitima lib. I. tit. 3. qu. I. num. 5. ANT. FABER in Cod. lib. VIII. tit. XXXVII. def. VI. IAC. CUIACIUS in obseru. et emend. lib. VIII. cap. III. FRANC. HOTOMANN. in quaest. illustr. qu. XXXIII. IAC. MAESTERTIUS de iustitia romanarum legum, lib. II. dub. XLVIII. ARN. VINNIUS in sel. iur. quaest. lib. II. cap. XXVIII. BENED. CARPZOV in iurispr. for. part. 3. const. 1. def. 20. RICHTER ad Aurb. lib. VI. C. tit. L. num. 27 seq. GEOR. LVD. BÖHMER in diff. de liberis fideicommissa oneratis, §. XVII. Goett. 1749

e) Cuius auctor est AZO in summa Nou. I. et ei iusfragantur gloss. in §.

ditione vel in diem filius restituere grauatus fit. *Ibi* vnam tantum, *heic* vero legitimam statim, Trebellianicam autem existente conditione vel die deduci posse, statuunt. Equidem secundam sententiam amplectimur, nimirum, quod *iure civili*, legitima tantum detrahi possit *a*). Nam si liberi instituti legitimam habeant saluam, illa ad excludendum querelam sufficit et parentes de reliquis bonis secure testari possunt (§. 2.) *b*) praesertim cum legitima nouo iure iam sit maior Trebellianica (§. 11.), et haec potissimum in gratiam eorum, quibus testator certam hereditatis partem de iure relinquere non debebat, introducta sit. Accedit, quod in Trebellianicam imputari debeant omnia, quae ad fiduciarium quocunque titulo peruenerunt *c*).

Non obstat, quod, antequam Trebellianica detrahatur, deducendum sit aes alienum *d*) ideoque, prout videtur, legitima. Nam legitima non pertinet ad aes alienum, quia ipsa non intelligitur nisi deducto aere alieno *e*). Itaque istud aes alienum, quod in Trebellianica antea deducendum est, complectitur tantum nomina passiuam, quibus defunctus aliis obstrictus est. Legitima autem est certa bonorum defuncti portio, quae heredibus necessariis ex legis dispositione debetur *f*).

Iure canonico autem, quod hodie hac in re fere sequimur *g*), liberis, qua liberis, legitimam, tanquam portionem

in §. meminisse. D. de inoffic. testam. l. 24. C. fam. ercisc. l. 10. C. ad et veterum plures, quos indicat leg. Falcid.
 MERLIN de legitima, lib. 1. tit. 3. b) l. 8. §. 6 et 8. D. de inoff. qu. 1. num. 6. et 16. nec non test. Nou. I. cap. I. §. 1.
 GAIL. in pract. obseru. lib. 11. obs. c) l. 91. 93. D. ad leg. Falcid.
 CXXI. CHRISTINAEVVS Voi. 1. d) l. 5. C. ad Sct. Trebell.
 decil. 245. STRVV in iurispr. for. e) l. 8. §. 9. D. de inoffic. test.
 lib. 2. tit. 26. §. 8. WERNHER f) Nou. 115. cap. 3. pr. et cap.
 part. 2. obs. 458. et tom. 3. part. 4. pr. Nou. 18. cap. 1.
 2. obs. 366. Add. HOTOMANN l. c. g) STRYK de caur. testam. cap. 21.
) l. 6. pr. C. ad Sct. Trebell. memb.

nem iure naturae debitam, et Trebellianicam iisdem, qua heredibus fiduciariis, tanquam portionem, quam quilibet extraneus restitutione grauatius deducere potuisset, coniunctim, non attenda distinctione, an sub conditione vel die, an pure fideicommissum relictum sit, detrahere permittitur a).

Sed nunc ad id, cuius causa haec omnia praefati sumus, progredimur. Est enim

PRAENOBLISSIMVS
SYMMORVM IN VTROQVE IVRE HONORVM
CANDIDATVS
IO. CHRISTIANVS CAROLVS
FÜRBRINGER
GERANVS

qui nobis sequens vitae suae curriculum exhibuit:

Ego, IOANNES CHRISTIANVS CAROLVS FÜRBRINGER, natus sum Ger. ae anno saeculi CIOIÖCCXLVII. die VI. Iunii, patre CAROLO GOTTLIEB FÜRBRINGERO, I. V. D. in Illustr. Regimine sacroque Senatu Comitum Celsissimorum iunioris lineae Ruthenorum Aduocato ordinario, ciuitatisque Consule; matre vero, IOANNA DOROTHEA, beati LAURENTII BAVMGAERTELI, Diaconi ad aedes St. Ioannis filia. Dilectissimi hi parentes, quos Numen supremum

memb. I. §. 16. nec non in tractat. de success. ab intest. diff. VII. cap. I. §. 26. seq. BERGER dec. iur. lib. 2. tit. 4. §. 34. not. 2. BÖHMER in diff. de liberis fideicommissis oneratis, §. XVII.

a) cap. 16. et 18. X. de testam. Conferatur HOTOMANN L. C. LEYSER spec. 405. med. 5. PFEN-
DORF in obseruat. iur. vniuers. tom. II. obs. 82. §. 3. BÖHMER in cit. diff. §. XVII.

*mum per longam annorum seriem saluos atque incolumes
 mihi conferuet, sine intermissu ad Dei cultum atque vir-
 tutem me concitarunt, eorumque cura de salute mea sem-
 per fuit maxima. Omnem re vera, vt ego tam in prin-
 cipiis religionis christianae, quam etiam in iis scientiis,
 quibus puerilis aetas erudiri solet, imbuerer, adhibuerunt
 diligentiam. Non informatoribus domesticis solum me tra-
 diderunt, verum quoque, vt ciuibus in Illustri Gymnasio,
 quod Gerae floret, anno CIOCCCLIV. adscriptus fuerim,
 curarunt, in quo ex doctrinis Virorum praecellentissimo-
 rum, clarissimorum et doctissimorum, D. IO. GOTTF.
 HAVPTMANNI, Directoris, HR. AVGVST. ZEBICHII,
 Professoris eloquentiae, IO. DANIEL HEYDII, Conrecto-
 ris et CHRISTOPH. GVIL. HEINRICI Subconrectoris, quos
 omnes praeceptores fidelissimos veneror, magnum in me re-
 dundauit emolumentum, eorumque cura et indefessa opera
 ad academiam praeparatus, me anno CIOCCCLXVII. men-
 se Maji, Ienam contuli. Ibi a Viro Magnifico et Illustri,
 CAROLO FRIDERICO WALCHIO, tunc temporis academiae
 Rectore, Patrono meo mihi semper pie colendo, ciuium aca-
 demicorum numero adiunctus, Viros Magnificos, excellen-
 tissimos et doctissimos, IO. AVGVST. HELLFELDIUM in
 Digestis, iure criminali et feudali, IOACH. ERDMANN.
 SCHMIDIUM in historia, quam dicunt vniuersalem, iure
 publico et canonico, CAROL. FRID. WALCHIVM in historia
 iuris et iure cambiati, eiusque disputatoriis exercitatio-
 nibus per biennium interfui, IO. LVD. SCHMIDIUM in in-
 stitutionibus et iure germanico, beatum IACOB. RAVIVM
 in iure naturae, et cum ille finitis nondum praelectionibus
 e vita discedebat ex post GOTTF. IVST. GVIL. SALZMAN-
 NVM, IO. AVG. REICHARDTVM in Pandectis, arte re-
 latoriae et praxeos, HR. GODOF. SCHEIDEMANTELVM
 in iure publico vniuersali, beatum CHRISTOPH. THEOPH.
 MEYERVM in medicina forensi, IO. ERNEST. BASIL. WI-*

C

DE-



DEBURGIVM in physica et matheſi pura, IO. GOTTF. MÜLLERVM in historia S. R. I. et IO. AVG. HR. VLRICHIVM in logica et iure naturali, optimos habui praeceptores. Maximam re vera ex eorum eruditis praelectionibus cuiuscumque ſcientiae percepi utilitatem, et multas illis pro eorum benevolentia et benignitate, quibus me omni exceperunt tempore, debeo gratias. Praeterlapſo triennio et ſemestri, ſtudiis academicis ad finem perductis, habitisque pro gradu Doctoris examinibus, auno CIOIOCLXX. menſe Septembris, ad patrios redii lares, ibique a Celiſſimis iunioris lineae Ruthenis Comitibus praxin iuridicam exercendi clementiſſime mihi conſeſſa eſt facultas, quibus laboribus, huc uſque fui occupatus.

En egregium ſtadium, quo vna cum optimis morum probitate Candidatus noſter iurisprudentiam haecenus excoluit. En quoque laborum ſuorum comitem. Poſtquam enim noſtro Ordini deſiderium ſuum ſummos in vtroque iure honores conſequendi expoſuit, etideo ad conſueta examina vt admitteretur, rogauit, in illis expectationi noſtrae ita ſatiſfecit, vt vnanimi conſenſu dignus, cui honores doctorales conferri queant, iudicatus fuerit. Dictus eſt huic actui ſolenni dies XXVII. menſis Nouembr. huius anni. Quo Praefide Magnifico Academiae Rectore illuſtri viro CAROLO FRIDERICO WALCHIO, I. V. D. ac *Pandectarum prof. publ. ordin. Sereniſſim. Ducis Sax. Gotth. et Altenburgic. conſil. aulic. Cur. provinc. Sax. comm. Scabin. coll. ac Iure conſ. ordin. Adſeſſore* diſſertationem ſuam inauguralem defendet.

Vt autem Magnificus Academiae Ex Rector, Senatores et omnium Ordinum Profeſſores ac Doctores excellentiſſimi grauiſſimique, nec non Generoſiſſimi ac Nobiliſſimi Commilitiones hunc actum honorifica ſua praefentia condecorare non dedignentur, Ordinis noſtri, meo et Candidati nomine officioliſſime rogo. P. P. ſub ſigillo facultatis in Academia Ieneniſi d. XXVII. Nouembris, CIOIOCLXXIII.

(L. S.)


Jena, Diss; 1772-74



5b.







B.I.G.

Farbkarte #13

1773,1 12
D. IO. LVDOVICI SCHMIDIIERENISS. DVC. COBVRG. MEININGENS. CONSIL. AVLIC. INSTITVT. PROF.
PVBL. ORDIN. CVR. PROVINC. SAX. COMM. SCABIN. COLLEG.
ADSESS.

M. T.

IVRE CONSVLTORVM ORDINIS EX-DECANI

PROGRAMMA

DE

E MEDIIS IVRIS,
QVAE LIBERIS INSTITVTIS
PROPTER LEGITIMAM COMPETVNTAENOBILISSIMI SVMMORVM IN VTROQVE IVRE
HONORVM CANDIDATI

CHRIST. CAROLI FÜRBRINGER

GERANI

DISSERTATIONI INAVGVRALI

DE

SVRARIA PRAVITATE
V B PALLIATA TRANSACTIONE
PRAEMISSVM

IENAE DIE XXVII. NOVEMBRIS A. R. S. CICIOCCLXXIII.

LITTERIS STRAVSSIIS

